



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Adrianus Mart. 8.Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

560 VITÆ SANCTORUM. 8. Sept.

S. ADRIANUS MART. 8. Sept.

MAppam dixisset martyrum sanguinem, qui hunc mitti vidisset, tam ad pugnam Christianos olim passim excivit. Ita A D R I A N U M ex equestri ordine virum, ut Christo militaret, eadem prælia, martyrum gloria & invicta in tormentis constantia, accenderunt. Et vicisse etiam se ratus est, cum manus tyranno dedit vinculis ligandas, ex quibus cùm aliquot post dies cùm bona veniâ egressus ædes suas repeteret, conjunx ejus Natalia fortissima matrona transfugam è sanctis castris adventare rata, testo exclusit, nec prius admisit, quam fidem se D E O servasse ostenderet. Quin ipsa in vincula reduxit maritum, ipsa cùm cæsus alia effunderet, dictis firmavit. Et quia feminis aditus ad ergastula martyrum jam negabatur, positis capillis, ut viro femina animos adderet, virum induit, cumque membris truncandi jam Christi milites essent, id scilicet à carnifice multis precibus blanditiisque exoravit, ut primas conjux teneret; ab hoc verò, ut sponte manus securi subiiceret. Ipsa dexteram A D R I A N I legens thesauri loco (& erat) asservavit. Nec multo post cum Adrianus ad cælitum gaudia Nataliam etiam invitasset, conjugi suo conjunx iterū & aternum juncta est.

Quam-

8. Sept. VITÆ SANCTORUM. 561
Quamvis quid conjuges dico, quando in
utroque virum agnovimus? Ex Surio.

Quæ collatio tui est ad ineffabilem, ad
incomparabilem, ad incomprehensibilem
Deum? nihil ei ad mensuram meriti retrí-
buere potes, si in retributionem eorum, que
pro te sustinuit, te millies mille annis gehen-
nali incendio cruciares. S. Bern. op. de
char. c. 27.

S. CORBINIANUS EP.S. Sept.

CORBINIANUM fugientem è Gal-
liâ honor Romæ affecutus in totius
orbis oculis infulâ maestatum in patriam
remisit. Iterum Romanum dum fugit, ur-
sum, qui clitellarium equum intercep-
tum absumperat, vicariam sibi operam
juber addicere, & cum equo equi etiam
fareinas ferre. Reduci per Bavariam Gri-
moaldus Dux hospitium offert. At ne-
gat ille impudicitiaæ stabulum & hòspi-
tium sibi fore, pelleret, quam uxoris lo-
co haberet, Pilitrudem, fratris nuper
conjugem. Adyolant, ecce, uterque, &
infames nuptias ejurant. Subinde C O R-
B I N I A N U S ad epulum vocatur. Adest, be-
nè precatur, assidet. Sed dum Grimoal-
dus buceam cani objectat (audite quï
canes plures quam pauperes alitis) ever-
sâ mensâ è diatâ se proripit, detesta-
tus epulas, quibus quidem Præsul dixisset
benè, sed canes accubuissent: se deinceps:

Nn

cum